Hugo <de Prato Florido>: Sermones dominicales super evangelia et epistolas per totum annum
[Straßburg: Georg <Husner>], [ca. 1478] Seite 64



¶ Secundo notandū ē ꝙ iohēs vſqȝ hodie ī vinculis tenetᷣ. Si quis
em̄ vult ſimilis eē iohāni et defēſare iuſticiā. et loqui veritatē. et cō
tinere ſanctitatē certe multas patietur pſecutōnes .ij. thi. iij. Om̄s
qui pie viuere volūt in chriſto pſecutionē patientᷣ. Iohānes em̄ in
terꝑtatur gratia ſiue in q̊ eſt grā. Gratia autē et virtutes vſqȝ ho
die in vinculis tenentᷣ et vicia regnant Tenetᷣ em̄ in vinculis vera
fides. et infidelitas et fides mortua regnāt. ita vt videatᷣ tēpus iu-
dicij aduenisse in q̊ fides p pauca erit. Luc. xviij. Cum venerit filius
hominis putaſne inueniat fidem ī terra. Similitᷣ ſpes de deo totaliter
ſupplātata ē. et tota ſpes ad mūdana fluxit Eſa. xxviij. Poſuim⁹ mē
dacium ſpem nrām. et mendaciō ꝓtecti ſum⁹ Spes mūdanoꝝ vera
citer eſt mendaciū. qꝛ mentitur et nō dat qd̾ ꝓmittit. Similitᷣ cari-
tas dei et ꝓximi eſt extirpata. et odiū et guerra vbiqȝ regnāt Ma.
xxiiij. Surget gens ꝯtra gentē. et regnū aduerſus regnū. et qm̄
abūdabit iniq̄. refr. ca. mūl. Silr liberalitas nō ꝯparet ſed auaricia
regnat vbiqȝ Hiere. vj. A maiore vſqȝ ad minorē omnes auaricie
ſtudent. Silr caſtitas nō ſeruatᷣ ſed luxuria om̄ia penetrat et corrū
pit ꝑs. Corrupti et abomiābiles facti ſunt. Silr humilitas nō habetᷣ
ſed honor et vana glia p om̄s queritᷣ Ioh. xij. Dilexerūt gloriā ho
minū magis q̈ȝ dei. Et breuiter vicia vbiqȝ regnāt et ſua abundātia
replent terrā. Gratia aūt et virtutes breuiter vinculantᷣ. Oſee. iiij.
Nō eſt veritas et nō eſt miſericordia et nō eſt ſcia dei in terra. Ma
ledictū et mendaciū et furtū et homicidiū et adulteriū inundaue-
runt et ſanguis ſanguinē tetigit ¶ Ter. ō notandū ꝙ p iohēm in E
vinculis et in carcere detentū ſignificatᷣ homo penitēs in ergaſtu
lo carnis degens. Corpus em̄ qd̾ ante pctm̄ erat palatiū glie poſt
peccatū factū eſt carcer miſerie. Iob. vij. Nūquid mare aut cetus
ſum ego. qꝛ circūdediſti me carcē. In quo carcere hō penitēs qua-
druplici vinculo alligatᷣ ſcȝ vinculo origialis ꝯcupie. vinculo pn̄tis
miſerie. vinculo actōnis praue. et vinculo caritatis fraterne ¶ Pri
mo ligatur vinculo origialis ꝯcupie. q̄ eſt ꝓnitas ad malū. et diffi
cultas ad bonū. Propter qd̾ dicit apl's Ro. vij. Nō ei qd̾ volo bo
nū h ago. ſed qd̾ odi malū illud facio. Ecc. vij. Inueni amariorē mor
te mulierē. id eſt ꝯcupiam mali. vincula em̄ illi⁹ ſunt manus illius.
Pronitas ad malū et difficultas ad bonū ſunt man⁹ et vincula illi⁹
mulieris. Hec ꝯcupia ſignata eſt p mulierē. de qua dicitᷣ luc. xiij. ꝙ
erat inclinata nec poterat ſurſum reſpicē. qꝛ vt dicitᷣ gen. viij. Sen-
ſus hoīs et cogitatō eius ab adoleſcētia ſua ꝓni ſunt ad malū ¶ Se
cundo ligatur vinculo preſentis miſerie ſcilicet penalitatum car nis
q̄ ſunt fames ſitis. frigus et calor. labor et dolor et mors. Oſee. xj.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-479/0063
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG